NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ad Colosenses

prophetis. Nunc autem .i. tempore gratie
manifestum est sanctis eius .i.
sanctificatis per baptismum quibus
voluit deus ex sua mera gratia notas
facere divicias glorie sacramenti huius
.i. copiosam gloriam sacrati in gentibus
quarum sum apostolus quod scilicet sacrum
secretum est xpus qui est deus in
carnatus passus et mortuus re
suscitatus et ad dexteram patris
elevatus in vobis spes glorie
quantum per ipsum consecutionem glorie cer
titudinaliter expectatis si tamen in
eo fideliter maneatis quem nos
annunciamus predicando corripi
entes omnem hominem a veritate
evangelii deviantes et docentes
omnem hominem in omni sapiencia
ad salutem necessaria ut exhibeamus
omnem hominem perfectum in xpo ihesu
Circa quod sciendum quod perfectum dicitur
cui nichil deest. 4 Methaphisice. Quod
dupliciter potest intelligi unomodo quia
nichil deest de necessariis ad sa
lutem et de hac perfectione loquitur
hic apostolus. Aliomodo quia nichil
deest de hiis que possunt inesse perfici
encia ad salutem et sic non ac
cipitur hic quia talis perfectio non
habetur in via in qua potest homo semper
proficere ut dictum est supra. Ad phi
lippenses 3o. In quo .i. propter quod et la
boro certando contra adversarios
fidei non solum in verbis sed operibus mi
raculosis ideo subditur. Secundum o
perationem eius .i. dei qui facit mira
bilia quam operatur in me .i. per me in
virtute scilicet sua et non mea. Ca. ii.

Volo enim vos.
Hic est 2a pars principalis
in qua apostolus indu
cit colosenses ad precau
vendum pseudo apostolorum falsita
tem et dividitur in duas quia primo ponit
suum motivum 2o procedit ad propositum
ibi Hoc autem dico. Motivum autem
apostoli fuit solicitudo sua de salu
te colosensium et aliorum fidelium
et hoc est quod dicit Volo autem etc.
Et patet littera usque ibi ut consolentur
corda ipsorum per spiritum sanctum inha
bitantem qui est consolator instru
cti in caritate que diffunditur in
cordibus vestris per spiritum sanctum. Ad Romanos
5o capitulo et in omnes divicias
plenitudinis in celestibus ut sic
non solum sint perfecti quantum ad
affectum sed etiam quantum ad intelle
ctum in agnicionem misterii .i. se
creti dei patris ihesu xpi etc. cognos
cendo quod pater et filius sunt distin
cte persone et unus deus in quo
scilicet ihesu sunt omnes thesauri sa
pienciae et sciencie absconditi. Nam
in eo secundum naturam divinam est sapiencia
divina que est infinita et secundum naturam
humanam habet plenitudinem
sciencie sicut et gratie cognoscens omnia
que cognoscit verbum sciencia visionis
Hec autem hic accedit ad propo
situm inducendo colosenses ad pre
cavendum deceptiones pseudo
apostolorum. Circa quod sciendum quod ad
decipiendum tripliciter conabantur
unomodo argumentis phisicis
Nam aliqui eorum erant instructi